

1746, 10.

QVOVSQVE
HOMO VIVERE PRAESVMATVR

DISSERIT

AC SIMVL

GENEROSISSIMIS AC NOBILISSIMIS

IVRIVM CVLTORIBVS

DOMINIS COMMILTONIBVS SVIS

COLLEGIA

PER SEMESTRE HYBERNVM

HABENDA

INTIMAT

A B R A H A M K A E S T N E R.

V. I. D. ET P. P.

L I P S I A E

LITTERIS LANGENHEMIIS.

ГАОСОЕ
HOMO AVERE PRESAMATVR

DISSESTIT

АЕ СТМУ

СЕНТОРИССИМIS АС НОНИССИМIS

ІАВІАМ ГАЛІОРИЯ

ДОМИНІС СОМІЛІОНІВАС САІС

СОЛЛЕСІЙ

ПРІ СЕМІСТІЕ ІІБЕРНІУМ

ІАНІСІА

ТАКІТІІ

Л. КАЕСТИННЕР МАНАЛІА

Л. Д. Т. А.

ЛІПСІАЕ

ІЛІТІЯС ІАНГІНІЕІІІІ

§. I.

CONTINGIT haud raro ut quis paternos lares vel coaste vel libere derelin-
quat peregre proficiscatur nunc in militiam, nunc causa lustrandi regio-
nes, nunc discendi artes liberales vel etiam mechanicas, &c. Dum vero
per plures abest annos, hereditas ipsi interim delata vel a proximis agnatis,
vel aliis administratur, donec confet illum esse mortuum. Si itaque mors a proximis
successoribus probata sit, illis etiam hereditas adiudicanda. Quomodo autem mors
absentis probari possit, legi meretur ill. de LEYSER dissertatio de morte absentis pro-
banda, Helsingia, 1718, habet. Quodsi vero probari nullo modo possit, quaestio ori-
tur inter Da. valde agitata: *Quando seu post quot annos absens pro mortuo habendus*
fit? de qua quæstione, in foro versantibus saepe occurrente, in usum Auditorum
quædam hic coniicere volui.

§. II.

CIRCA quæstionem: *Quam diu bono viuere præsumatur?* tres potissimum re-
perimus diversarum opiniones: I) Sunt qui statuunt hominem ad CXX annos viuere,
præsumendum esse. Alii II) ponunt terminum C. annorum simpliciter. Denique
III) alii in LXX annis acquiescent. Singulorum rationes, ea, qua fieri potest bre-
vitate adducam.

§. III.

STATVENTES hominem viuere ad CXX annos, forte admodum argumen-
tum se inuenire, sibi persuadent, in ipso Sacro Codice, Genes. VI. 3, vbi ipse Crea-
tor omnipotens dixit: *Non permanebit Spiritus meus in homine in aeternum, quia caro*
est: Eruntque dies illius centum viginti annorum; Quem textum etiam relatum inueni-
mus in c. prædictor. LXXX de poenit. dif. I. Horum autem assertum nullum plane
meretur adplausum, cum locus adductus ipsis nullatenus opitulari possit, ad hunc
enim responderetur: Id factum esse in ea prima aetate, quando homines ob propa-
gationem non solum centum, sed et ducentos, trecentos, et multo plures viuebant,
quod exempla Patriarcharum satis euincunt. Quam sane aetatem Deus ipse, ob ho-
minum deinde nequitias breuiores esse voluit. Prouocant hujus sententiae
propugnatores ad Exemplum MOSIS Deut. XXXI. 2. dicentes: *centum viginti anno-*
rum sum hodie. Recenser etiam Imperator IVSTINIANVS Nou. V. c. 2. ZOSI-
MVM vixisse centum ac viginti annos. Est porro quorundam Mathematicorum sen-
tentia hominis vitam esse centum et viginti annorum; cuius traditionis ratio-
nen reddit LVDOV. CAELIVS RHODIGIN. Lib. XIX. lection. antiqu. cap. XXI.
p. 1070. Casus similes commemorat VALER. MAX. de Senectute, & PLINIVS Lib.
VII. natur. hist. cap. XLVIII. Haec similiaque omnia lubentes largimur; Multos
primis illis temporibus longe ultra centum annos vixisse, testantur sacrae paginae;
Testantur vero etiam quod hodie, cum nequitorem patrum nostrorum aetatem vi-
vamus, et genus humanum abunde sit propagatum, multo minorem aetatem viua-
mus. Ut igitur hodie merito cum ICto ex l. 3. de LL. dicendum; ad ea respon-
sum esse quea επι τὸ πλάτον non quea ἐπι τὸ πλάτον fluit.

§. IV.

EORVM vero fundamenta, qui vsque ad centum annos hominem viuere præ-
sumunt, sunt haec: I) prouocant ad l. 50. de vſuſructu, vbi traditur, quod vſuſructuſ
stus ciuitati relictus, dureret vsque ad centum annos, addita hac ratione: quia hoc tem-
pus finis longeum hominis esse dignoscitur. II) ad l. 8. de vſu et vſuſructu et redit, ibi:
unde centum annos obseruandos esse constat; qui finis vita longissimus esset. III) ad
l. 23. versie. Et nobis. C. de SS. Ecclesi. vbi scribit IVSTINIANVS Imperator: longi-
ssimum vitæ terminus tempus elegimus centum annorum curricula; & §. 1. ibidem:
vitæ tantummodo terminum humanae vitæ imponimus, h. e. centum annorum metas.
IV) ad Nouell. IX. vbi in rubro dicitur: vt Ecclesia Romana centum annorum præscri-

IV

ptione gaudeat. Et in ipso textu: Sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus; ut maneat per totum praedictum tempus integrum iura ecclesiastica, & non possit eis alia praeter centum annorum obviare exceptio, cum tempus hoc vitae longaeui hominis plerunque finis esse dignoscatur. Quam sententiam, strenue cum multis, quos adducit, tuerit FINCKELT. obs. C. hancque num. 26, et 27. praeiudicis F. I. L. et Conf. Lips. corroborat, quam etiam sequitur BRONCHORST. cent. I. assert. LXXXVI. p. m. 200. Et ab hac non esse recedendum in foro, scriptis CORN. in leg. si emancipati, o. num. 5. C. de collat. eti disputando contrarium verius existimat. Imo idem respondit ipsius CORN. conf. CCLI. n. 3. Lib. I. aliisque locis pluribus. Addit HORTLEDERVM von den Ursachen des deutschen Krieges Lib. IV. c. XXIX. n. 11. Adducunt etiam quidam pro tuenda has sententia ex DIOSCORIDE rationem commentiam, cur vita hominis duret ad centum annos usque; statuit enim ipse, quod cor hominis ad annos L. crescat duabus drachmis in singulos annos; ab anno autem L. usque ad centesimum annum totidem drachmis decrescat, exinde fieri, ut annum C. homo non excedat, sed et integrus quandoque perire, sine corporis tate. Et haec fuit etiam opinio Aegypiorum, ut refert PLINIVS Lib. II. cap. XXXVII. Inde in ludis fecularibus Praeaco populum ad eos ludos vocabat, quos nemo unquam vidisset, aut viurus esset. PLIN. lib. VII. cap. XLIX. conf. GOTHFREDVS in not. ad l. 23. C. de SS. Eccles. lit. b. hominem igitur praefumi vivere usque ad 100. annos, exinde tradunt multi.

§. V.

LICET autem adducta sententia multis Doctribus ac interpretibus adeo firma ac infallibilis videatur, ut nullo modo ab illa recedendum, sed constanter respondendo, consulendo ac practicando obseruanda sit; Plerique tamen ut huic calculum addant, adduci nequeunt, nec rationibus adlatris tantum ponderis inesse ut vietas darent manus, sibi persuasum habent: quia ea, quae plerunque ac ita communiter eueniunt, saltim sunt verisimili & praesumenda, arg. eorum que habent WESENBECK. de probat, a n. 14. ibique HAHN. item ALCIATVS Tract. de praesumt. part. III. incipit: *veniamus.* Ex quibus tuto regula confici potest: *Quod homo non praesumatur vivere centum annos.* Regula enim non ex actu uno singulari, sed ex multis, ut viuersaliter sit, formari debet; ut declarant communiter interpres in l. 1. de R. I. Textus scilicet singuli, quos aduerteri pro se adducunt, nullam constitutam regulam, sed hoc saltim volunt: *Hominem centum annos vivere posse, nil ultra.* Id quod ex eorum evolutione accuratioque inspectione cuique facile adiparetur. Quam interpretationem probant BALD. in l. iuris. 3. de LL. CORNEVS, confil. CCLI. n. 25. lib. II. RIMINALD. iun. in d. l. si emancipati, o. n. 117. C. de collat. BRVNNEMANN. ad l. 23. C. de SS. Eccles. aliique. Quidam vero Doctores dictos textus sic accipiunt: *Esse quidem possibile, hominem aliquando vivere centum annos, attamen non esse verisimile, et ob id non esse praesumendum:* quoniam verisimilia illa sunt, quae plerunque atque ita communiter eueniunt. Cum vero communiter eueniat homines non vivere aetatem centum annorum, inter centum enim vix, ac ne vix quidem unus annum centesimum attingit; sane regula formanda erit: *Hominem non praesumti vivere centum annos:* cum communiter tot non vivere videamus. v. MENOCH. de praesumt. Lib. VI. praesumt. XLIX. n. 10. seq. p. m. 819. IDEM arbitrar. iud. cas. CIX. n. 10. BEZOLD. P. IV. conf. CLXXXIX. n. 44. PINGIZER. quaest. Saxon. illuстр. V. n. 17. MOLLER. II. semestr. XLV. n. 1. 2. HINCARPZ. P. III. C. XV. d. LVII. n. 4. seq. scribit: *Quibus equidem conceferim, finem vitae hominis longaeui esse centum annorum,* ut dicitur in l. 56. de usfr. et l. 8. de usfr. legit, sed, pergit, inferre si inde velis: *hominem praesumti vivere centum annos,* cum IASON. COLER. FRVCKM. MARCARD. WESENBECK. ridiculum certe id foret.

§. VI.

EST ITAQVE verior opinio statuentium: *Hominem non praesumti vivere cen-*

tum annos. Hoc quidem dandum, quod possit vivere tamdiu, modo vicissim detur, hoc rarissime fieri, et inde non faciendam praesumptionem, quae in dubio habeatur pro veritate. v. ALCIAT. d. l. Si enim indolem praesumptionis inspicere velimus, sane praesumptione iuris non est: nulla enim lex est, quae ita de hominis vita praesumat, quae tamen alias dicitur praesumptione iuris. v. FELIN. et PANORMITAN. in cap. Quanto. 8. X. de praesumt. Licer enim dicatur centum annos vivere posse, a posse tamen certi nihil inferri potest. Quid? quod in leg. proponebatur. 76. de iudicis, haud obscure dicatur, hominem tot annos vivere non posse; ut adeo praesumptione pro 100. ann. adstrui praeceps nequeat. Ulterius haec praesumptione etiam non est hominis: haec enim ita dicitur, quoniam a legi confirmata non repertitur, sive, ubi homo, i.e. iudex, aliquid tam diu pro vero habet, donec contrarium probetur. v. BALD. in rubr. Cod. de probat. in f. quem sequitur FELIN. in cit. cap. Quanto. 8. X. de praesumt. aliisque. Praesumptiones autem, quas homo facit, non potuit lex approbare, cum variae multiplices sint, et ex variis causis, legibus ipsis iam promulgatis, ori soleant: et ideo dicitur in iudicis arbitrio esse positas, uti communiter interpres statuant, et propterea Abbas in dict. cap. Quanto. n. 3. de praesumt. scripsit: de hac praesumptione certam doctrinam dari non posse. Multo minus de praesumptione iuris et de iure circa materiam substratum cogitatio in mentem venire potest, de qua propterea aliquid adducere lubens supercedeo; Conf. interim de praesumptione iuris, hominis, iuris et de iure, MENOCH. de praesumt. Lib. I. quæst. III. IV. et V. p. m. 5. seq. et LUDOVICI Vfus præct. distinct. iurid. ad tit. Pandect. de probat. et praesumt. distinct. V. ubi in specie contra BEYERVM, qui vnum adlatae distinctionis negat, disputat.

§. VII.

LEGI 76. de iudicis, iungitur lex computationi, 68. ad leg. falc. ex qua etiam, vti haud insimi subsellii Icti statuant, constat, hominem saltim per 60. vel 65. annos vivere. v. GILKEN. ad I. 23. n. 12. C. de SS. Eccl. CORAS. Lib. V. miscell. c. XVIII. n. 2. HVNN. ad TREVTLER. Vol. II. disp. IV. tb. 12. qu. 35. CARPZ. P. III. Conf. XV. def. LVI. Non vacat hoc loco quaedam de legis perdifficilis, 68. ad leg. falcid. interpretatione adducere, paraphrasin hujus autem perhibet WILLEMBERG. in disput. de Vitalitio, von der Leib-Rente. §. 22. seq. item TITIVS obser. Lauterb. 945. aliisque, ad quos lectorum ablegatum cupio.

§. VIII.

CVM itaque per hactenus adducta constet, legibus ciuilibus certum terminum, quam diu homo vivere praesumatur, non inueniri, hinc multi rem totam iudicis arbitrio relinquendam esse autem, a. l. 1. §. f. de iur. delib. ex praesumptionibus enim et coniecturis, cuius sol. aeratis fuerit absens, quando absens cooperit, quamdiu abfurit, quo in loco et cuius rei caussa profectus fuerit, iudicem informatum ruto hoc ipsum decidere posse, adserunt, v. BESOLD. P. III. conf. XCII. n. 124. RICHTER. dec. LXVI. n. 8. FINGIZERSV quæst. V. n. 18. ubi enim certo iure desistuntur, ob multas concurrentes circumstantias, iudicis est prospicere, quid suggerat aequitas. v. l. 2. §. 5. de aqua et aquæ pluia. arc. l. placuit. 8. de iudic.

§. IX.

QVONIAM vero iudex in arbitrandis facile errare sicut pro materia substrata, vel absenti, vel praesenti præiudicare potest, hinc alli tale arbitrium iniustum et perniciosum existimat; eaque de caussa IACOBI MENOCHII librum de arbitriis iudicium quæsiionibus aliqui vehementer reprehendunt, et MENOCHIVM damnant, quod iudices sub specie arbitrii sui, affectibus, corruptelis, cordibusque suis vti docuerit. v. ARTHVR. DVCK, de ejus et auctoritate iuris ciuilis Lib. II. cap. VI. §. 30. p. m. 301. Ad uitandum itaque iudicis arbitrium variis in locis specialia iura, quando absens pro mortuo habendus, reperiuntur. Sic PHILIPPVS BORNÈRIVS, qui STEPHANI KANCHINI Miscellanea decisionum seu resolutionum, Gene-

VI

nec anno 1705. edidit, in adnotationibus ad tit. 2. obseruat: in Gallia hodie eum, qui per decem annos absuit, si nullus interim de eo nuncius venit, mortuum declarari, bonaque eius hereditibus concedi; Addit tamen, quod ad matrimonium, istam praeumptionem non sufficere. Item FABER ad Cod. lib. V. tit. XL. def. 13. scriptis Augustanorum moribus cautum esse memorat, ut qui per quindecim annos absens fuerit, ita, ut vblis sit er an vivat, ignoretur, pro mortuo haberri debeat, perindeque bona eius inter proximiiores agnatos diuidi. Ulterius RICHTERVS dec. LXVI. n. 6. de Bohemia testatur, editio imperatoria ibidem cautum esse, ut absens per unum et triginta annos et diem pro mortuo babeatur eiusque bona sine cautione proximis cognatis deferantur.

§. X.

Quilibet autem facile animaduertet terminos breuiores, quibus de diximus, multis contentionibus nouisque iuribus faepenumero, ansam praebere quia exempla quam plurima extant absentium, qui (*tam breui tempore*) pro mortuis habiti et legitime declarati, tamen reuersi fuerunt, et probationes *aut* praeumptiones contrarias *re ipsa* vita sua probarunt, cum praeumptione veritati cedere tenetur, hinc omnium optime circa hanc praeumptionem facere videntur, qui legem diuinam, ducem firmissimum, pro fundamento sumunt et cum PSALMISTA concludunt: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta, si autem in potentibus octoginta annis et amplius labor et dolor. v. Psal. XC. 10. 11.* nostrarum enim fortes multae sunt, et causas, qui nec diei nec numerari possunt. v. l. fin. C. de praescript. 30. ann. l. corruptionem. 16. C. de usq;. maxime vero in senectute. Annū itaque septuagesimum adprobant Statuta Torgauiensia, in fine enim eorum de absentibus sic disponitur: Wann eine Person sich von hier in die Fremde begeben, von deren Leben oder Tode in dreißig Jahren, Jahre und Tage, nichts gewisses hat können erfahren werden, und kündlich ist, daß zu der Zeit, da seine nechste Erben ab *intestato*, sein Vermögen ihnen folgen zu lassen ansuchen, die abwesende Person das siebenzigste Jahr ihres Alters überschritten haben müsse, so soll nicht vermutet werden, als ob dieselbe noch am Leben wäre, und demnach seinen Erben an Empfahrung seiner Verlassenschaft kein Einhalt geschehen, die selbige auch dorowegen einigen Vorstand zu bestellen nicht pflichtig seyn. Idem disponunt statuta Dresdenia cap. VII. §. 5. p. 31. Dieweil auch wegen der Erbschaften welche dieienigen, so sich in ihrer Jugend oder sonst außhalb Landes begeben, allhier verlassen, bishero vielmahls Streit vorgefallen, wie lange die nächsten Verwanten, welche ihres Todes halben keine Bescheinigung vorgulegen, mit der Succession aufzuhalten, bevorab, da auch die Rechts-Lehrer bishero ungleicher Meinung gewesen; So ordnen wir, wann zu bescheinigen, daß zu der Zeit, da die nächsten Erben ab *intestato*, sein Vermögen ihnen folgen zu lassen, ansuchen, die abwesende Person das siebenzigste Jahr ihres Alters überschritten habe, daß auf solchen Fall dieselben weiter nicht aufzuhalten sondern die Verlassenschaft ohne Vorstand ihnen gefolgt werden solle.

§. XI.

HAEC sententia, tanquam verisimilior plerisque modernis ICCis aridet; Per id enim quod frequentius euenit, confirmatur, et vnu plororumque iudiciorum et collegiorum adprobatur, teste ill. de LEYSER. *dissert. supra all. de morte absentis probanda.* §. 33. qui et ipse huic subscriptit, licet CARPOVII, qui rem totam iudicis arbitrio reliquit, non penitus reiicit sed hanc coniungendam esse cum praecedente, §. 34. c. l. statuat. Icti itaque Vitaebergenses LXX. annis maiorem pro mortuo esse habendum, pronunciarunt teste HORNIO, Classe VIII. *respons. III. pag. 405. seq. ibi in ratione decidendi:* Das 70. Jahr seines Alters erfüllt, und dahero der rechtlichen Vermuthung nach, um diese Zeit pro mortuo zu halten. Idem adducente de BERGER. P. II. *Respons. CLXVI. p. m. 289. seq. ibi:* So erscheint dannhero so viel, daß Christian Kunzens überlebende Halb-Schwester allein, und mit Ausschließung derer übrigen Verwanten insgesamt zur administration des angegebenen Vermögens, gegen Bestellung genugssamer caution, so lange bis ermordeter Kunze das 70. Jahr seines Al-

VII

tert erreicht, nach der Zeit aber, in mehrer Erwagung, daß alsdenn er pro mortuo zu halten, zur Succession an angeregten Vermögen zuzulassen, demnach im letztern Fall obige Caution hinwieder zu cassiren und aufzuhaben. Conf. IDEM in Oecon. p. 177. edit. nou. not. 11 et de WERNHER, Vol. V. P. II. obs. CCXL. p. m. 440. Huncque pronunciandi modum Scabini Lipsiensis semper retinuerunt, vt restantur praejudicia quae adducit CARPOZIVVS P. III. Conf. XV. def. LVII. qnibus ego impreseenti ad-huc tria, hucusque nondum typis excusa, adam,

§. XII.

PRIMVM ab iisdem conceptum, in collectaneis meis sic reperio: U. S. D. 3.
Erbare gute Freunde. Als ihr uns Copien unsers längst gesprochenen Urthels, benerben einer Frage zugeschickt, und euch des Rechten darüber zu belehren gebeten; Dem-nach sprechen wir C. S. S. zu L. darauf vor Recht: Ist euer Bruder nunmehr in die 52. Jahr abwesend, und kan aus denen Kirchen-Büchern so viel beygebracht werden, daß von Zeit seiner Geburts-Stunde über 70. Jahr verflossen, dahero ihr seine Erbschafft ohne Caution zu euch zu nehmen Vorhabens, gestalt euch auch in unserm längst ertheiltem Rechts-Sprache Verfall gegeben worden; Ob nur wohl in denselben enthalten, daß euer Stief-Vater noch am Leben, hiernächst darby angehanget worden, daß ih schuldig seyn sollet, durch Ausstichung glaubwürdiger Personen, an die Orte, da er sich anfänglich hinbegeben und aufgehalten, wegen seines Lebens und Todes-Erkundigung einzuziehen; Dieweil aber dennoch diejenigen Ursachen, welche euer Stief-Vater wider die Absforderung der Erbschaft anzieben können, auch bey seinen Erben statt finden, über das niemand bewußt, wo sich der ausländische anfänglich hinbegeben, oder aufgehalten, und also auch unmöglich fassen will einzige Erkundigung einzuziehen, nach mehrern Inhalt der Beylege und eurer Frage; So ist euch ohngeachtet euer Stief-Vater schon verstorben, von dessen Erben die Erbschafft, auch ohne vorhergehende Erkundigung abzufordern, wohl zugelassen. Ihr seyt aber gleichwohl noch ein Jahr in Ruhe zuischen schuldig. V. N. W. je. V. m. u. J. verfestigte.

§. XIII.

SECUNDVM praejudicium sstant Acta Johann Christoph und Johann Matthes die W. concernentia, coram iudicio taelari Lipsiensi ventilata. Sic autem dicti Domini Scabini M. Sept. 1734 per modum informati ad requisitionem Dominorum Deputatorum responderunt: Dass Johann Christoph W. Suchen, fol. 71. in Anschung, daß von denselben, wie er des abwesenden Johann Christoph W. Sohn, solcher aber woltentlich auch nach seinem fol. 74. gemeldetem Weibe und Kinde verstorben hingegen er dessen einziger Erbe sey, durch die fol. 72. seq. übergebene Urkunden, und den fol. 74. seq. abgeholten Zeugen, als welcher seine Wissenschaft nur von andern Personen erlanget ha-ben will, und den angegebenen Winter, woltlich tod nicht gesehen, keinesweges darge-than, dieser aber das siebenzigste Jahr seines Alters noch nicht zurück gelegen, noch zur Zeit nicht statt hat. Patet ex dicto responso, si mors absensis legitime non sit probata, ante annum septuagesimum complectum, eum in nostro Scabinatu pro mortuo non haberi; Vbi vero dictus annus praeterlapsus, nullum amplius dubium mouetur, vt in dicta causa idem Domini Scabini, Mens. Dec. 1730. pronunciarunt: Daraus so viel zu befinden, daß zwar der abwesende Johann Christoph W. in Anschung, daß nach dem fol. 72. beßnlichen Tauffzeugnis, weiches zufoldest mit dem Originali zu bestärken, derselbe das 70. Jahr seines Alters erreicht, pro mortuo zu achten, jedoch dessen Vermögen, so Beklagter in administration hat, noch zur Zeit, und bis Kläger vorhero, daß er dessen aus der mit Unnen Marien B. geführter Ehe, einziges nachgelassenes Kind und Erbe, auch sein fol. 126. gemeldeter Bruder, Johann Ephraim, in ledigem Stande ohne Kin-der zuverlassen, vor des Vaters zofsten Jahre verstorben sey, besser als geschehen, dat-gehan, nicht abzufolgen.

TERTIVM ex Actis coram eodem iudicio tutelari in causa Matthes Königs und dessen Eheweibs Verlassenschaft betreffende, agitatis, excerpti, vbi dicti Domini Scabini M. Maio 1744. hunc in modum prouinciarunt: Dass nunmehr diejenigen, welche sich zu Friedrichs Königes Verlassenschaft ziehen mögen, in dem anberauunten Termine aber außenblieben pro praelusis zu achten; (Erant scilicet, intuitu reliquorum cohaeredum editales in trium Dominorum territoriis emiliae.) Und weil Anna Regina M. sich unter denen, die sich bei denen Actis, als ienes Erben angegeben, vor die nächste Anverwantin zu der Zeit, als Friedrich König das siebenzigste Jahr seines Alters zurück gelegt, fol. 93. seq. sich zur Nothdurft legitimirt, so ist nunmehr ienes gewesener Curator Johann Heinrich H. deßen in administration gehabtes Vermögen, nach Inhalt seiner fol. 154. seq. abgelegten Schluss Rechnung be sagter M. gegen gerichtliche hinlängliche Quittung und Caſtation der diesfalls auf H. Vermögen gehofften Hypothec auszuentworten, jedoch diese daran besage des mit Johann Wilhelm & fol. 117. seq. und 125. getroffenen Vergleichs, die versprochene 100 Thal. nach Abzug bereits erhobenen 20. Thal. dem letztern verabfolgen zu lassen schuldig.

EQUIDEM non deesset, quae adhuc adduci potuissent, et adducere etiam mihi proposueram; Cum vero praeter spem materia excreuerit, abrumperem cōgor, et paucis tantummodo, si NVMEN IMMORTALE mihi mortali vitam fatimanteque benignissime conceder, collegia, quae semefri hyberno instituere intendo, Generosissimis ac Nobilissimis Commilitonibus indicaturus sum. Erunt autem sequentia:

I.) COLLEGIVM IN LVDOVICI DOCTRINAM PANDECTARVM, a lib. XIIII. singulis diebus continuabo. Hora VIII ad IX.

II.) ELABORATORIO-PRACTICVM, in quo singula membra, scripta, pro indole et natura processus, proprio Marte conficiunt, revisionique meae committunt, vbi sedulo animaduerto, an secundum principia iuris et stilum curiae rite sint confecta? diebus D. C. 4. et Q. inchoabo. Hora IX-X.

III.) INSTITUTIONALE, in ipsum Institutionum Imperialium textum, iuncta tamen semper Synopsi Menckeniana, singulis diebus continuandum, exordiar. Hora X-XI.

IV.) IUS SAXONICVM, occasione Constitutionum Eleitoralium DIVI AVGVSTI, communicatis ad describendum certis thesibus, ita tradam, ne Saxoni obiicitur: Turpe esse patricio ius in quo versatur, ignorare. Diebus D. C. 4. et Q. Hora II-III.

V.) PRINCIPIA PROCESSVS, iuxta delineationem processus abs me his vñndinis nouiter editam auftamque, in viuum eorum qui materias practicas, quae in institutionibus atque Pandectis sparsim admodum inueniuntur, eo quo decet modo, memoriae imprimeret, et futuro Elaboratorio - Practico cum maiore fructu interesse volunt, explicabo. Isdem diebus. Hora III - IV.

VI.) LECTIONES PUBLICAS in DIVI AVGVSTI ordinationem matrimonialem abs me cum annotationibus editam, instituam. His lectionibus non tantum Sacrae Themidi additit, sed etiam Theologiae cultoribus prodere intendo, quippe in quibus talia, proponentur quae utrisque sciui necessaria sunt. Diebus Q. et h. Hora IX-X.

VII.) DISPUTATIONIBVS intra priuatos parietes, et EXAMINIBVS conseruis, diebus atque horis hucusque visitatis, vacabo.


Singula dicta collegia futuro die XVII Octobris, post finitas instantes vñndinas solennes, initium sument, et, auxiliante Divino Numinis, per semestre hybernū ab foliū debent. Dabam Lipsiae, ipso festo Angelorum, A. R. S. CIO IOCC XXXXVI.


vol 18

ULB Halle
006 529 909

3







1746, 10.
T
Q V O V S Q V E
HOMO VIVERE PRAESVMATVR

DISSERIT

A G S I M V L

GENEROSISSIMIS AC NOBILISSIMIS

IVRIVM CVLTORIBVS

DOMINIS COMMILTONIBVS SVIS

COLLEGIA

PER SEMESTRE HYBERNVM

HABENDA

I N T I M A T

A B R A H A M K A E S T N E R

V. I. D. ET P. P.

L I P S I A E
LITTERIS LANGENHEMIIS.

